



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De Sancto Greallano Confessore In Hibernia Occidentali Commentarius
Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A siam illius monasterii transtulit (1). *Laudando sane consilio haec paene immutata in novissimam breviarii sui recensionem transtulerunt Aurelianusenses (2), piaque commenta sanctis parum accepta fore sapienter opinati sunt. S. Monitor saeculo quinto vixisse censendus est, si tamen recto ordine tradita est series episcoporum (3) quae inter S. Anianum († 453) et S. Prosperum, cui data est epistula a Sidonio (4), post Magnum, Febatum et Gratianum, Monitorem inserit. Praeposterum illum ordinem esse necesse est si Prospero Aniano proxime successit, quod e Sidonii verbis te successore decessit nonnulli efficiunt (5). Rem in medio relinquamus oportet.*

2. *De translatione reliquiarum S. Monitoris, una cum aliorum sanctorum corporibus, a rege Rotberto in ecclesiam monasterii Sancti Aniani a se constructi, die 16 iunii an. 1029, haec habet Helgaldus monachus Floriacensis in epitome Vitae regis Rotberti, c. XXV: Post quae omnia cupidus sanctae benedictionis, rex Rotbertus gloriosus, suae ordinationis, benedictionis et assumptionis in regem anno tricesimo sexto (6) iussione imperatoria evocavit archipraesules Gauzulinum Bituricensem et abbatem Floriacensem, Leothericum Senonensem necnon et Arnulphum*

Turonensem. Quorum praesentiam subsequuntur praesules Odolricus Aurelianensis, Theodoricus Carnotensis, Bernerius Meldensis, Guarinus (7) Belvacensis et Rodolphus Sylvanectensis. Non defuit etiam praesentia domni et venerabilis Odilonis Cluniacensis abbatis et aliorum bonorum virorum non minimi meriti, cum quibus semper desiderabat colloqui. Ab his pro certo et aliis Dei ministris levatur illud nobile corpus amici Dei Aniani sanctissimi de sepulchro, cum corporibus sanctorum Euspicii, Monitoris et Flosculi confessorum, Baudelii et Scubillii martyrum et Agiae matris S. Lupi confessoris; et ab ipso glorioso rege et aliis quos iam praenotavit litera, qui pro tali negotio advenerant, custoditur, laudatur et decantatur in hymnis et laudibus in ecclesia S. Martini, quoadusque praeparentur utilia et necessaria sanctae benedictionis. Praeparatis ergo omnibus ab ipsis sanctis sacerdotibus locum ipsum benedici et consecrari solemniter fecit, anno dominicae incarnationis millesimo vicesimo nono, indictione duodecima (8).» *Dedicationem celebratam esse die XVI kal. iulias habemus ex Historia Translationis reliquiarum S. Euspicii (9).*

(1) *Breviarium Aurelianense Petri du Cambout S. R. E. presbyteri cardinalis de Coislin auctoritate denuo recognitum et editum (Aurelianus, 1701), pars autumn., p. 413. — (2) Saec. XVIII festum S. Monitoris erat duplex trium lectionum, nunc autem novem lectionum. In quarta lectione (olim secunda) nunc legitur ecclesia Sancti Aniani... eandem ecclesiam ubi scriptum erat monasterium S. Aniani, ecclesiam illius monasterii. — (3) DUCHESNE, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. II, p. 459. — (4) M. G., *Auct. antiq.*, t. VIII, p. 147. — (5) *Gallia chris-**

tiana, t. VIII, p. 1412. Sed cf. *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 82-83. — (6) Rectius *tricesimo tertio* in libello BHL. 2758, ut notat ad hunc locum BOUQUET, *Historiens des Gaules*, t. X, p. 110, annot. d. Cf. Ch. PFISTER, *Études sur le règne de Robert le Pieux* (Paris, 1885), p. LXXXIV, ubi sub n° 87 legatur «33^e année» non vero «43^e année du règne.» — (7) Al. Garnerius notat BOUQUET, l.c. — (8) BOUQUET, t. c, p. 110-111; P. L., t. CXXI, p. 926. — (9) BHL. 2758, n. 2, *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 78.

DE SANCTO GREALLANO

CONFESSORE IN HIBERNIA OCCIDENTALI

SAEC. V/VI

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Greallanus 1. *Nihil comperimus cur redarguendus esse videretur antiquarius, quisquis ille fuit, qui Greallanum (1), hodie a Mariano commemoratum (2), notat fuisse ó Cráioibh Ghrealláin i eConnachtaibh i nairther Mhaighe Luirg (3), id est de Craobh Ghrealláin in Connacia, in occidentali parte*

(campi dicti) Mágh Luirg. *Haec Mariani glossator, cuius verba in martyrologium Dungallense excepta sunt (4). Locus Craobh Ghrealláin olim dictus, videtur esse cuius nomen nunc scribitur Creevolan (5), in parochia Creeve, baroniae Frenchpark, comitatus Roscommon. Si reapse S. Greallanus*

(1) Nomen apud priscos Hibernos non infrequens, scriptum est Grillaan in antiquo documento de quo infra, num. 5. Nunc gadelice Grellán seu fusius Greallán; quod, affixo inclinamento, facile potest latinum fieri: Greallanus, Greallani, Greallano, cet. Greallán, si Stokesio credendum est, hypocoristicum est nominis *greall*; hoc autem mutuati sunt Hiberni a latina voce *grylli*. STOKES, *Féilire húi Gormáin*, p. 369, i. v. Grellóc. — (2) AP. STOKES, op. c., p. 214. Vid. infra syllogem de sanctis qui in utraque Scotia hodie coluntur. — (3) STOKES, l. c. — (4) *The Martyrology of Donegal*, p. 302.

— (5) *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index* (Dublin, 1904), p. 331. Perperam contendit W. M. HENNESSY, in *Proceedings of the Royal Irish Academy, Irish Manuscripts Series*, t. I, Part I (1870), p. 103, annot. 14, Craobh Ghrealláin esse Creeve in baronia Ballymoe, comitatus Roscommon; tota enim illa baronia iacet extra campum dictum Mágh Luirg, uti videre est ap. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 525, col. 1, i. v. Mag Luirc. Recte perspexerat J. O'DONOVAN, in *Transactions of the Kilkenny and South-East of Ireland Archaeological Society*, t. II, part II (1855), p. 341, annot. 12, locum

-lanus

A lanus qui hodie colitur est Greallanus de Craobh Ghrealláin, dubium non est eundem illum esse, cuius Vitae fragmentum gadelice servatum sit. In hoc enim, etsi festi diei mentio nulla incidit, de Craobh Ghrealláin expresse agitur (1).

Vitae
gadelicae
codices,

2. Qui integram illam Vitam gadelicam legisse se testetur, neminem novimus (2). Apographa duo quae supersunt, post narrationem rerum in Terra Mainei gestarum abrupte desinunt (3). Credideris excerpta ex ingenti illo codice de antiquitatibus Terrae Mainei qui, postquam diu latuit (4), nunc in Regia Academia Hibernica asservatur, signalus Stowe D. 2. I (5). Nisi Vita Greallani cum foliis perit quae saeculo XIX ineunte iam deerant (6), videtur illa collectorem fugisse, nam in indiculo codici praefixo non memoratur (7). Ad quem autem codicem gadelicum referenda sit latina paraphrasis posterioris partis huius Vitae, quam in opere suo Gratianus Lucius inseruit, incertum (8). His igitur in dubio relictis, etenim accipe codicum qui S. Greallani Vitam exhibent gadelicam.

B B = Codex Regiae bibliothecae Bruxellensis 4190-4200, de quo supra egimus (9), fol. 88 (olim 83) - 91 (olim 86), ipsius manu Michaelis O'Clery exaratus, qui hanc coronidem subiecit, fol. 91: As an leabhar do scriobh Brian ó Corcraim do nathair Donnchadh Máguidhir do scriobhadh an slicht sin anuas ar Greallan. Ag Drohbhaois. 12. febrú. 1629. Latine: E codice quem scripsit Brian ó Corcraim patri Donnchadh Máguidhir exscriptum est fragmentum quod supra habetur de Greallano. Apud Drohbhaois (10), d. 12 februarii 1629. Hoc apographo, quod Lovanii in Collegio Sancti Antonii repositum erat, usus est Colganus ut latinam interpretationem conficeret, quam, omisso primo capitulo suppressisque jere tolis carminibus, typis mandavit (11); inde etiam fluxit Vitae summarium quod in pleniore martyrologio Dungallensi insertum est (12).

D = Codex Dubliniensis Regiae Academiae Hibernicae, signatus olim 33.5 (13), nunc 23/0.41, chartaceus, binis columnis, saec. XVIII ineunte, a quodam Iacobo Maguire, optimo librario, exara-

C

esse situm in parochia Creeve, baroniarum Boyle et Frenchpark. Ipsum Creevolan digito nobis monstravit v. d. Falconerius Madan, rerum quae ad suam hibernicam stirpem pertinent scientissimus; cui ut hoc et alia plura de S. Greallano accepta referimus. Loci nomen ab aliis dictum est Craebh (« St. Glerán (sic) Craibi in the W. of Mag Luirg », *Book of Ballymote*, p. 117 b, ap. HOGAN, op. c., p. 299, col. 1, i. v. Craebh), Craibech vel Craibeach in *Libro Lageniensi* (vid. infra, p. 485, annot. 8). Perperam HOGAN, l. c., col. 1, i. v. Craebh Ghrealláin, et ibid., col. 2, i. v. Craebh mór, scribit eundem locum esse Craobh Ghrealláin et Craobh Mór. Hic enim idem est ac Cairbre Mór, de quo infra, num. 10 ad calcem, et prorsus alius a Creevolan. — (1) Cap. 3, infra, p. 490 B. — (2) Nisi forte plena erat Vita Greallani quam se legisse scribit Dubhaltach MAC FHIR BISHE in suis illis *Collectaneis genealogicis*, teste Iohanne O'DONOVAN, *The Tribes and Customs of Hy-Many* (Dublin, 1843), p. 8, annot. v (*Irish Archaeological Society*). — (3) Mutilum esse apographon quod ipse exscripsit, perspexit Michael O'Clery, uti patet e coronide quam mox typis mandamus. — (4) Praeter fragmentum in codice Musei Britannici Egerton 90, si credendum est Iohanni O'DONOVAN, *Annals of the Four Masters*, t. II, p. 774, annot. m. Cf. Id., *Hy-Many*, p. 1-2. — (5) HOGAN, op. c., p. xi, num. 21; PLUMMER,

tus (14). *Miscellanea ut plurimum hagiographica*. D Beatha Ghreallain p. 236-240. Haec coronis post Vitam Greallani legitur: Finis don mbeathadh sin Ghrealláin an tochtmadh la .x. do mhi Ianuairii. 1720; latine: Finis huius Vitae Greallani, d. 18 ianuarii 1720. Usi sumus apographo quod, in suum usum conjectum ab erudita femina M. E. Byrne, nobis perhumaniter commodavit v. cl. Falconerius Madan. Ex hoc codice posteriorem Vitae partem gadelice edidit Iohannes O'Donovan, una cum anglica versione (15), ita tamen ut neque scribendi rationem accurate exprimeret, neque veretur aliquot tetrasticha omittere.

Duo illa Vitae gadelicae apographa ex uno eodemque exemplo fluxisse coniciendum est. Etenim, ut cetera omitamus, quae facile perspiciet quisquis codices contulerit, vix non omnino certum est Iacobum Maguire eundem codicem exscripsisse quo usus est Michael O'Clery; liber enim erat gentis Maguidhir, cuius nomen anglie effertur Maguire.

Integram illam Vitam gadelicam, seu verius integram quod servatum est fragmentum, nunc primum typis mandamus e codice B. Codicis D et Iohannis O'Donovan varias lectiones ad infimam paginae oram adiecit, quae non solum grammaticam attingunt. Accedit nova interpretatio latina. Ceterum eadem est huius editionis ratio qua in Vita gadelica S. Benigni usi sumus (16), iidemque docti viri fuerunt quorum operae et consilio acceptum referimus quicquid in hoc opusculo recte factum est, Carolus Plummer et Iohannes Fraser, Oxonienses.

3. Quos auctores habuerit huius Vitae scriptor in enarrandis rebus quinto saeculo gestis, in semperiternum ignorabitur. Videtur autem opusculum, si quid e stilo conicere liceat, quarti vel quinti decimi saeculi usum redolere; cuius tamen rei peritioribus esto iudicium. De prosapia S. Greallani quae tradit hagiographus, ex aliquibus genealogicis collectaneis mutuatum esse crediderimus (17). Alia perpauca ex Actis S. Patricii hausta videntur et ad scriptoris institutum retractata (18); nemo certe hibernicae hagiographiae non imperitus

editto,

aetas,

fontes.

F

Miscellanea hagiographica hibernica (Bruxelles, 1925), p. 174 (= *Subsidia hagiographica*, n° XV). — (6) Anno 1820 exciderant folia 1-23, 30-38, 47-56, 59-64. Edward O'REILLY, *A Chronological Account of nearly four hundred Irish Writers* (Dublin, 1820), p. cxxi-cxxiv (= *Transactions of the Ibero-Celtic Society for 1820*, Vol. I, Part I). — (7) O'REILLY, l. c. — (8) Gratianus LUCIUS [i. e. Iohannes LYNCH], *Cambrensis Eversus* (s. l., 1662), p. 134, cf. p. 186; ed. M. KELLY, t. II (Dublin, 1850), pp. 260, 262, cf. p. 508. — (9) P. 146, num. 4. — (10) Hoc fluminis est nomen; sed hic intellegendus est conventus Fratrum Minorum prope civitatem Dungallensem situs in ripa fluminis Drohbhaois, seu anglie Drowse; cf. PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, pp. 184, 274. — (11) *Trias Thaumaturga*, p. 206-207. Cf. *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 259, annot. 10. — (12) *The Martyrology of Donegal*, p. 302; criticam Dungallensis martyrologii editionem videbis infra, in sylloge de sanctis qui in utraque Scotia coluntur. — (13) O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. IX, p. 423, annot. 37. — (14) Si credendum est Eugenio O'Curry, quem ipse antestatur O'HANLON, l. c., p. 423. — (15) *Hy-Many*, p. 8-14. — (16) *Supra*, p. 147, num. 6 et annot. 3. — (17) *Vid. infra*, num. 4. — (18) *Vid. ad singula Vitae capita quae breviter annotamus.*

mirabitur,

A mirabitur, illud ei maxime fuisse propositum, ut vectigalia tributaque S. Greallani successoribus debita definiret et confirmaret (1). Carmina vero prosae narrationi interspersa, ipsi poetae placuisse credendum est. Praeter errorem illum pervulgatum quo S. Patricii vita longius producit (2), in aetatum temporumque ratione, quod in huiusmodi scriptis perarum est, vix lapsus esse videtur; nam paucae illae personae quae inducuntur omnes jere vivere potuerunt saeculo quinto vergente vel sexto ineunte (3).

Greallanus in aliis monumentis memoratus.

4. Celerum, si hoc ipsum Vitae fragmentum exceperis, pauca tantum de S. Greallano tradita sunt. In corpore illo genealogiarum a Quattuor Magistris collecto, nonnisi post cetera adiectum est stemma Greallani (4), e Vitae gadelicae fragmento, uti arbitramur, quod paulo ante repererat et descripsit Michael O'Clery. Greallanum de Croevia ieiuniis et sacrificiis assuetum, matrem habuisse Goirmhionn seu Coirmhionn quamdam, legit Colganus apud vetustum Oengusii scholiam, cuius opus peritisse videtur (5); neque magno negotio hunc falsi arguit, ipsius Greallani Vitam antestatus (6). Summa vi non est nitendum ut revincatur insulsa fabula, hunc Greallanum fuisse unum quinquaginta septem (7), seu, ut alii auctores habent, quadraginta septem (8), vel septuaginta septem (9), vel etiam centum quadraginta sex (10) liberis sanctis ex una matre ortis Commania; qua de re Colganus adi, qui luculenter ostendit in tanta prole perosque non liberos, sed nepotes pronepotesque fuisse (11). Hoc tamen, uti ineptum, de nostro Greallano satis antequam traditum fuisse patet, tum e testimonio Libri Lageriensis, quod superius adduximus (12), tum e Vita S. Farannani; in hac enim inducitur nominatim (13) inter Hiberniae sanctos ex illa stirpe qui S. Columbae Hiensi ex exilio reduci in occursum venerunt (14). Haud scio tamen an parochianismus hic lateat.

Vix enim fieri potuit ut unus idemque Greallanus Patricii discipulus (15) interesset nativitati primogeniti filii regis Connaciae Dúi Galach, Eoghani Sriabh (16), cuius abnepos Dúi Teangumha in limine sexti saeculi praelio victus cecidit (17), et S. Columbae Hiensi obviam iret circiter anno 575 (18). Conici potuerat, hagiographum de nullo rege Dúi quicquam audivisse, praeterquam de Dúi Galach, et ideo cognomentum Galach apposuisse nomini Dúi, ubi intellegere debuerat Dúi Teangumha; nisi aliunde certum esset, Eoghanum Sriabh filium fuisse regis Dúi Galach, proavum regis Dúi Teangumha (19).

5. Brevis et per transennam dicendum est de sanctis huic Greallano cognominibus, dum de festo die aliquid definire conamur. XVII kalendas maias annuntiatur in antiquo calendario Tamhlachtensi Grellan mac Rodáin (20), latine Greallanus filius Rodani (seu Rotani, Ruadani). Consentit de festo die Marianus (21), de patris nomine Mariani annotator (22), de utroque martyrologium Dungallense (23). Hunc Greallanum cum Derriensis Londinii finibus quidam coniectura coniunxit (24), quod probatione egere videtur. Colganus vero addubitat utrum eo die an 13 iulii colatur S. Greallanus socius peregrinationis S. Columbae Hiensis sub primo eius adventu in Britanniam (25); Grillaan enim quidam memoratur in illorum comitum catalogo pervelusto (26). De alio eiusdem sancti festo die, qui magis proprius videtur, mox dicemus (27).

6. Die 13 iulii nomen Greallani cuiusdam sancti in suo exemplo calendarii Tamhlachtensis legebat Colganus (28); sed in apographis quae servata sunt excidit. Is est sanctus qui Grelloc dicitur a Mariano (29), Grealloca a Dungallensibus (30). Greallanum illum fuisse Tamhlachta Carna in núbh Bresail Airthir, id est de Tamhlacht Carna in Há Breasail Airthir, adicit Mariani annotator (31). Huic consentit martyrologii Dungallen-

Cognomines sancti culti sunt die 15 aprilis,

d. 13 iulii,

(1) Cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xci, cum annot. 3. — (2) Vid. p. 151, num. 25. — (3) Vid. num. 4, et p. 488, annot. 1, et p. 491, annot. 8. — (4) « Greallan mac Cuillin meic Cairbre Cluaisdeirg » cetera, *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. Paul WALSH, p. 89, num. 42a. — (5) Ut ex utraque Stokesii editione patet. — (6) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 252, annot. 10. — (7) COLGAN, *ibid.*, ex encomio quodam S. Senani gadelico et satis recenti; cf. *Id.*, op. c., p. 541, col. 1-2, in summa pagina. — (8) « Grellan Craibige i nairthiur Maige Luirg, » id est « Greallanus de Craibeach in occidentali parte (campi dicti) Mágh Luirg ». *The Book of Leinster*, p. 354, col. 3; cf. *The Yellow Book of Lecan*, p. 89. — (9) Carmen antiquum gadelicum ap. COLGANUM, op. c., p. 339, col. 1, annot. 17. — (10) *Betha Farannáin*, ed. C. PLUMMER, ap. O. J. BERGIN, R. I. BEST, Kuno MEYER and J. G. O'KEEFE, *Anecdota from Irish Manuscripts*, t. III (Halle, Dublin, 1909), p. 3; latinum fecerat hunc locum COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 337, col. 1, cap. VII. — (11) Op. c., p. 252, annot. 10. — (12) Annot. 8. — (13) « Grellan Craibhe i noirthir Muighe Luircc, » *Betha Farannáin*, ed. cit., *ibid.* — (14) Suo marte Colganus in interpretatione, seu verius paraphrasi latina Vitae gadelicae S. Farannani scribit, eos omnes sanctos fuisse « vicinarum regionum antistites », *Acta Sanctorum Hiberniae*, l. c.; nihil enim simile legitur apud PLUMMER, l. c., qui ipsum textum typis mandavit quo Colganus usus erat. — (15) Patricium obisse 17 martii 461 advertimus supra, p. 131, annot. 15. — (16) Vita gadelica

S. Greallani, cap. 3. — (17) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY, p. 34, anno 501 (recte 502). Huius Dúi stemma legitur ap. Seathrún CÉITINN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn*, t. III (ed. P. S. DINNEEN), p. 44. Regnarat Dúi annos septem. — (18) Cf. t. c., p. 65, anno 574 (recte 575); REEVES, *The Life of Saint Columba* (Dublin, 1857), p. 37, annot. b (*Irish Archaeological and Celtic Society*); PLUMMER, *Venerabilis Baedae Historia Ecclesiastica* cet., t. I (Oxonii, 1896), p. 65. — (19) CÉITINN, l. c. — (20) Ed. M. KELLY, *Calendar of Irish Saints*, p. XXI, col. 2. Cf. *Act. SS.*, Apr. t. II, p. 370. — (21) STOKES, *Féilre húi Gormáin*, p. 76. — (22) Ed. cit., *ibid.* — (23) *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 102. — (24) *Memoir of the City and North-Western Liberties of Londonderry* (Dublin, 1837), Part II, Sect. II, p. 27. — (25) *Trias Thaumaturga*, p. 490, col. 2, num. 70; cf. *ibid.*, p. 486-87, et p. 502, col. 1, i. v. Grellanus. *Id.*, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 588, col. 2, et p. 849, col. 2, i. v. Grellanus. — (26) COLGAN, locis citatis; REEVES, *The Life of Saint Columba*, p. 246; STOKES and STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II, p. 281. De huius catalogi codicibus, G. F. WARNER and J. P. GILSON, *Catalogue of Western Manuscripts in the Old Royal and King's Collections*, t. I, p. 248, col. 1. De Greallano filio Rodani, cf. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. IV, p. 172. — (27) Num. 6. — (28) *Trias Thaumaturga*, p. 490, col. 2, num. 70. — (29) STOKES, *Féilre húi Gormáin*, p. 136. — (30) *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 194. — (31) Ed. cit., *ibid.*

A sis prior recensio (1). In altera notulam adiecit sua manu Michael O'Clery, postquam cetera exscripserat (2). Grealloe conicit esse potuisse Grealla deirbhsuir do Manchán Leth 7 do Greillsigh, 7 gomadh í Mella a matháir a ttriur; latine: Grealla, sororem Mancháni de Liath et Greillseachi, quorum trium mater fuisset Mealla. Ne igitur in re perplexa nimium immoremur, haec paucis nolemus: ut Greallanus Rodani filius, ita etiam hinc Greallanus, quisquis fuit, creditus est cum Londonderriensi civitate coniunctus esse, vel, uti dubie scribit Colganus, socius fuisse S. Columbae in itinere britanico (3).

die 7
septembris,

7. Die 7 septembris in collectaneis suis De quibusdam Episcopis memorat Dubhallachum Mac Fhir Bisigh praeclearus antiquarius i. v. Cill Greallain (4). Epscop Greallan, latine Greallanum episcopum (5), et paulo post i. v. Craobh Grellain (6). Epscop Grellan iterum (7). Forsitan id calamo labente factum est, dum commutat vir eruditus Greallanum de Craobh Gheallain cum Landensi Greallano, et 7 pro 17 scribit (8).

die 17
septembris,

8. Die 17 septembris Grellani episcopi o Laind, id est de Land, meminit martyrologium Tamhlachtense (9); Grellan annuntiat Marianus, nullo loci nomine adiecto ab annotatore (10); Greallan epscop, id est Greallanum episcopum, martyrologium Dungallense (11). His adde Dubhallachum Mac Fhir Bisigh, qui martyrologiorum annuntiationem i. v. Lann Greallain collectaneis suis inseruit (12). Locus autem Land dictus, quem nonnulli volunt eundem esse ac Land Leire (13), nusquam memoratus est in fragmento quod servatum est Vitae gadelicae Greallani discipuli Patricii. Asserunt tamen auctores diligentes aliquem S. Greallanum coli in ecclesia parochiali de Kilcloony, dioecesis Clonfertensis, die 17 septembris (14). Expresse autem refert Vita gadelica, locum illum S. Greallani Patricii discipuli fuisse domicilium (15). Quae cum ita sint, haud scio an commutati fuerint Greallani duo, Kilclooniensis alter, alter Creevolanensis, et in unum Patricii

discipulum conficti (16). Haud enim facile crederim eiusdem Greallani duo festa esse, qui mos in Hibernia numquam obtinuit. Sed et haec mera est coniectura; distincte enim, in Tamhlachtensi martyrologio, de Landensi quodam sancto agitur, neque de Kilclooniensi parochia ulla mentio est.

die 18
septembris,

9. Quod alter Greallanus, itemque Landensis, d. 18 septembris annuntietur in eodem Tamhlachtensi martyrologio (17), a Mariano eiusque annotatore (18), in Dungallensi martyrologio (19); unus idemque sanctus labente calamo bis memoratus esse videtur in communi quodam martyrologiorum festilogiorumque fonte. Prior autem dies ideo prae altero tenendus est, quod Colgani Gratianique Lucii testimonia aliunde accedunt (20).

die 10
novembris,

10. De auctoribus qui Greallani meminerunt d. 10 novembris, supra dictum est (21). Ad hanc diem se huius Greallani, Patricii discipuli, Vitam daturum fuisse pollicebatur Colganus (22). Idem ille Hibernus hagiographus, qua de causa nescimus, uno in loco scribit Greallanum, qui d. 10 novembris coletetur, fuisse filium Natfraici (23) illum, qui discipulus S. Fynniani abbas Clonardensis a non nullis scriptoribus annumeratur (24). Sed ut de aetatum intervallo sileamus (25), tractus dictus Cairbre Mór, ubi Greallanus Natfraici filius a S. Fynniano ecclesiae praefectus esse traditur (26), quinquaginta fere passuum milibus abest a Creevolan (27).

die 7
decembris.

11. Tandem d. 7 decembris annuntiat a Davide Camerario Sanctus Gallanus Monachus et Confessor; celebris habetur in insula Iona et adiacentibus (28). Hoc fluxisse potuit e Ferrarii opere, quod paulo ante prodierat; ipse Ferrarius Anglicanum martyrologium antestatur (29). Forsitan tamen hic agnoscenda est antiqua Scottiarum illarum insularum traditio, per Anglicanum illud martyrologium ad Ferrarium transmissa. Quae coniectura si ad verum accedit, is est Greallanus sanctus, Columbae Hiensis discipulus et comes (30); huius enim nomen a Scotis perperam plerumque

C

(1) Codex Bruxellensis 4639, fol. 68. — (2) Codex Bruxellensis 5095-5096, fol. 37. — (3) Idem loci conferendi sunt quos indicavimus p. 485, annot. 24 et 26. Adde O'HANLON, op. c., t. VII, p. 223-24, qui de tractu dicto Húi Breasail Airthir fuse disputat. — (4) De quo loco fusius infra, num. 13. — (5) Ed. D. H. KELLY, in *Proceedings of the Royal Irish Academy, Irish Manuscripts Series*, t. I, Part I, p. 96. — (6) Vid. supra, num. 1. — (7) Ed. cit., p. 102. — (8) De quo Greallano Landensi infra, num. 8-9. — (9) *The Book of Leinster*, p. 362, col. 6, ad calcem; Codex Bruxellensis 5100-5104, fol. 222, col. 1. Inserit Liber Lageniensis *l.*, pro id est. — (10) STOKES, *Féilire húi Gormáin*, p. 178. — (11) *The Martyrology of Donegal*, p. 250. — (12) Ed. cit., p. 116. — (13) De quo supra, p. 172, annot. 6. Vid. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 475, col. 1, i. v. Land. — (14) Haec Colgani annotatio in codice B Vitae gadelicae S. Greallani, fol. 90^r, in margine inferiore: « Cill Cluaine ecclesia parochialis S. Grellani dioecesis Cluainfertensis, ubi colitur 17 septembris. » Consentit Gratianus LUCIUS, *Cambrensis Eversus*, ed. 1, p. 134; ed. M. KELLY, t. II, p. 262. De Kilcloony, infra, p. 491, annot. 4. — (15) Cap. 4. — (16) Haec Iohannis O'HANLON sententia fuisse videtur, qui d. 17 septembris fuse disputat de Greallano discipulo Patricii, *Lives of the Irish Saints*, t. IX, p. 419-31. — (17) *The Book of Leinster*, l. c., col. 7; « Grellain

Lainni », Codex Bruxellensis, l. c. — (18) STOKES, *Féilire húi Gormáin*, l. c. — (19) *The Martyrology of Donegal*, p. 252. — (20) Supra, annot. 14. — (21) Supra, num. 1. — (22) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 339, col. 2, annot. 30; *Trias Thaumaturga*, p. 269, col. 1. — (23) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 399, col. 2, annot. 33; p. 405, col. 2. Cf. THOMAS WALSH and D. P. CONYNGHAM, *The Church of Erin* (New York, 1885), p. 646, qui et locum dictum Craobhgrellain hic designari volunt, ut omnino inenodabile fiat negotium. — (24) Vita gadelica in cod. Bruxellensi 4190-4200, fol. 208^r. Vita gadelica altera, ed. Wh. STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 81, lin. 2718; cf. COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 399, col. 2. Vita latina, BHL. 2989, ap. COLGANUM, op. c., p. 396, col. 2, cap. 28; ap. DE SMEDT - DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*, col. 207-208. — (25) Vix enim potuit unus idemque Greallanus discipulus fuisse Patricii († 461) et Fynniani († circ. 550). — (26) Idem loci conferendi sunt quos supra adduximus, annot. 24. — (27) De Cairbre Mór cf. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 142, col. 1, i. v. Cairbre mór, et supra, p. 483, annot. 5, ad calcem. — (28) *De Scottorum Fortitudine* (Parisii, 1631); calendarium recudit A. P. FORBES, *Kalendars of Scottish Saints*, p. 243. — (29) *Catalogus generalis Sanctorum*, p. 470. — (30) De quo supra, num. 4.

scriptum

A scriptum est Gallanus pro Greallano (1).

Greallani alii. 12. Ad hos adiciendi sunt Greallani sancti quorum alii scriptores obiter meminerunt. Horum unus est presbyter et abbas, magister S. Fintani seu Munnu, abbas de Tech Munnu (2). Sed illum Greallanum a Patricii discipulo alium esse, temporum ratione evincitur. Fintanus enim obiit anno 635 (3). A nostro item distinguendus est S. Findbarri Corcagiensis discipulus cuius nomen codex unus scribit Treallan, alii Greallan (4); hic enim et ad aliam regionem pertinet (5), et ad consociationem quam ecclesiarum centum fere annos post Patricium conditarum (6).

Locorum nomina a Greallano deducta. 13. Tot inter homonymos nemo mirabitur haud facile discerni et constitui posse quid cuique proprium sit et locorum nominibus a Greallano deductis. Annotavit Dubhaltachus Mac Fhir Bisigh duo loca Cell Grellain, id est Cella Greallani, sua aetate dici in tractu Tír Flachrach Mhuaidhe (7). In qua regione cum olim inscriptam esse pateat baroniam Carbery, comitatus Sliigo, olim dictam Cairbre Mór, haud scio an S. Fintani discipulus hic significatus sit (8). Quicquid id est, alia sunt ea loca a duabus Cellis Greallani quarum meminit Hogan (9), e quibus altera haud procul a Jerpoint in comitatu Kilkenniensi sita est, altera in parochia Cloyne, baroniae Imokilly, comitatus Corcagiensis (10); utraque enim haec longo intervallo distat a Tír Flachrach Mhuaidhe. Tobergrellan, id est Fons Greallani, scaturit ad meridiem loci dicti Glennaskehy in parochia Kilreekill, baroniae Leitrim, comitatus Galway (11); hunc facile crederimus pertinere ad Kilbooniensem Greallanum, cuius ecclesia non adeo longe abest (12). Tandem nomen Lann Greallan, quod apud Dubhaltachum Mac Fhir Bisigh legitur (13), imprudenter a praecolor antiquario fictum videtur, qui labente calamo, ex ignorato illo Land, quod in martyrologis reperimus (14), id deduxerit. Sed silentibus auctoribus satius fuerit de illo Land nihil dicere, quam, Greallani nomine apposito, commenticium illam episcopi sedem in Hibernia statuere.

Greallanus an episcopus fuerit, 14. Num episcopus fuerit Greallanus discipulus Patricii, nostra sententia non liquet. Abbatem nunc (15), nunc episcopum (16) fecit Colganus Greallanum de Creeogan, suo, nisi fallimur, ar-

bitrio. Neque ullos auctores affert Dubhaltachus D Mac Fhir Bisigh cur loca duo a cuiusdam Greallani nomine deducta in episcopales sedes transmutet (17). Aliter se res habet ubi de Greallano Landensi (18), quem episcopum expresse vocant antiqua martyrologia (19). Unum Greallanum, utique Landensem, recenset catalogus episcoporum Hiberniae in Libro Lageniensi (20); idem antiquitatum collector, qui episcoporum elenchum confecit, sacerdotem unum et diaconum unum huius nominis noverat (21). Nos litem non dirimemus, sed aut an abbas. episcopum aut abbatem fuisse Greallanum facile conicitur e solita Patricii agendi ratione. Accedit ipsarum rerum testimonium, quo ecclesiastica Greallani auctoritas in Terram Mainei probatur, litui eius dico. Accedit haud ambiguum eiusdem auctoritatis vestigium in prisca Terrae Mainei consuetudinibus.

15. De lituo S. Greallani, praeter mentionem Greallani quae in eius gadelica Vita facta est (22), pauca tradita sunt. A ceannus catha ag Grellan, i. an Bachall Greallain, no a hinnsamail, a mbrataig rig O Maine (23); latine: Eorum (Maineorum) praelis praefectus est Greallanus; lituus enim Greallani, vel aliquid eius modi (perspicitur) inter militaria signa regis Nepotum Mainei. Haec inter regionis illius antiquitates. Adde Gratiani Lucii testimonium: Peculiari cultu eum (Greallanum) O'Kelliorum familia, Manii illius propago, prosequatur, et eius pedi simulachrum in labaro depictum gestabant. Nostra memoria pedum S. Grillani summo in honore habitum est (24). Eundem illum lituum pie religioseque a maioribus traditum anno 1836 detinebat apud se pauper homo Iohannes Cronelly (25). Hic tum caput erat familiae dictae O'Crónghaile, seu anglico modo Cronelly, laicorum Greallani successorum antiquae stirpis (26). Sed anno 1843 perierant pretiosi baculi omnia omnino vestigia (27). Occultus tamen fuisse putandus est, non in frusta comminutus et in sempiternum amissus (28).

16. Illa lamen sententia, quam adduximus, de militariibus Terrae Mainei signis non una est quae S. Greallani iura privilegiaque referat inter consuetudines et antiquitates illius regionis. Sgrebail caethrech uatha do Grellan, edir mnai ocus fir, o shil Maine (29); latine: Scrupulus pubertatis et iura in Terram Mainei.

(1) COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 490, col. 2, annot. 70. — (2) Vide S. Fintani Vitas paulo post initium, *BHL*, 2996-2999. — (3) De Fintani aetate, *Act. SS.*, Oct. t. IX, p. 332; PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. LXXXV. — (4) Vita gadelica S. Findbarri ap. PLUMMER, *Bethada Náem n'Érenn*, t. I, p. 15. — (5) *Id.*, op. c., t. II, p. 371, col. 2, i. v. Druim Draighne. — (6) *Id.*, t. c., p. 324; de aetate S. Findbarri, *Id.*, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. XXXII. — (7) De quibusdam Episcopis, ed. cit., p. 96, i. v. Cill Greallain. Qua de causa hic designari vellet Edmundus HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 194, col. 2, i. v. Cell Grellain, locum dictum Killgrellane in comitatu Corcagiensi, non assequimur. — (8) De quo supra, num. 10. — (9) HOGAN, l. c. — (10) *Census of Ireland, 1901. General Topographical Index*, p. 570. — (11) *Ordnance Survey of Ireland (One Inch)*, fol. 107. — (12) *Id.*, p. 491, annot. 4. — (13) De quibusdam Episcopis, ed. cit., p. 116. — (14) *Id.*, supra, num. 8-9. — (15) *Trias Thaumaturga*, p. 269, col. 1. — (16) *Acta Sanc-*

torum Hiberniae, p. 337, col. 1, cap. VII; sed cf. supra, p. 485, annot. 14. — (17) De quibusdam Episcopis, ed. cit., pp. 96, 102. — (18) *Id.*, *ibid.*, p. 116. — (19) *Supra*, num. 8-9. — (20) *The Book of Leinster*, p. 365, col. 4. — (21) *Id.*, p. 366, col. 3 et 4. — (22) In ultimis tetrastichis carminis adiecti capitulo 4. — (23) O'DONOVAN, *Hy-Many*, p. 80. — (24) *Cambrensis Eversus*, ed. 1, p. 134; ed. M. KELLY, t. II, p. 262. — (25) O'DONOVAN, op. c., p. 81, annot. p; quem exscribit O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. IX, p. 429-30. — (26) De laicis illis abbatum seu episcoporum successoribus, videsis E. O'CURRY, ap. O'HANLON, l. c., annot. 23; cf. supra, p. 179, annot. 4. — (27) O'DONOVAN, l. c. — (28) O'HANLON, l. c. De S. Greallani pedo cf. Margaret STOKES, *Early Christian Art in Ireland*, Part I (London, 1887), p. 100-101; H. S. CRAWFORD, *A Descriptive List of Irish Shrines and Reliquaries*, Part II, in *The Journal of the Royal Society of Antiquaries of Ireland*, t. LIII (1923), p. 166, num. 8. — (29) O'DONOVAN, op. c., p. 80.

A Greallano (debetur) a stirpe Mainei, cum viris tum feminis (1). *Et paulo post legimus*: Cach cis do bo dual do na cineadaib si do thabairt do Padraig, asa beith o Glun Padraig co Glaisi Uair, ag Cairill; oculus asin sair co Sinaind ag Greallan oculus ag Padraig (2). *Latine*: Vectigalia omnia quae ab his tribubus (nempe Terrae Mainei) Patricio debebantur (in tractu qui iacet) inter Gloonpatrick (3) et (flumen dictum) Abhainn Fhuar (4) (nunc sibi vindicat sanctus) Caireall; et inde ad orientem usque ad Sinonam (flumen, vectigalia sibi vindicant sancti) Greallanus et Patricius (5). *Qua in re notatu dignum est S. Greallanum una cum S. Patricio commemorari; quod in huius modi priscorum iurium diffinitionibus luculenter ostendit illum Greallanum*

de Terra Mainei re ipsa fuisse Patricii discipulum, vel saltem cum S. Patricio eiusve successoribus quodam pacto coniunctum fuisse. Quae cum ita sint, mirum est Greallani nomen desiderari inter septem praecipuos sanctorum successores (6) quorum auctoritas in Terra Mainei vigeat circiter saeculo XV (7).

17. Tandem hic referenda est propheta quaedam Greallano ascripta, huic an alii, incertum. Nostrum tamen, qua de causa nescimus, potius hic significari arbitratur Slokesius (8). Neque nos codicem vidimus, neque visum novimus ab ullo hominum (9). *Leviter tamen hoc ferendum est. Quippe pleraque carmina fatidica, quae Hibernis sanctis attribuuntur, et recentissime ficta sunt, et tam nugatoria quam quae maxime.*

Prophetia Greallano ascripta.

(1) Aliter vertit O'DONOVAN, op. c., p. 81, annot. o; rectam sententiam consecutus est PLUMMER, *Miscellanea hagiographica hibernica*, p. 153. — (2) O'DONOVAN, op. c., p. 82. — (3) Locus est in parochia Athleague, baroniae Athlone North, comitatus Roscommon, O'DONOVAN, l. c., annot. r. — (4) Id est, flumen frigidum. Huius nomen anglie scriptum est Owenure, *Ordnance Survey of Ireland (One Inch)*, fol. 77; fluit autem prope civitatem Elphin, a meridie, O'DONOVAN, l. c., annot. s. — (5) Mi-

rum quam presse his consentiant fines tractus a nepotibus Mainei saec. IX ineunte occupati, de quo in Vita gadelica S. Greallani. Vid. p. 491, annot. 11. — (6) Cf. supra, p. 487, annot. 26. — (7) O'DONOVAN, *Hy-Many*, pp. 76, 78. — (8) Cheltenham MS., p. 46, col. 2. *Félire Oengusso*, p. 190, annot. 3; cf. p. 425, i. v. Grellán. — (9) Ne Carolus quidem Plummer, qui quotquot supersunt codices de sanctis Hiberniae sedulo rimari conatus est, adyti illius secreta penetravit.

VITA SANCTI GREALLANI

E codice bibliothecae Regiae Bruxellensis 4190-4200, fol. 88-91 (= B), collato codice Dubliniensi Regiae Academiae Hibernicae 23/0.41, p. 236-240 (= D) et fragmento a Iohanne O'Donovan edito, Tribes and Customs of Hy-Many, p. 8-14 (= O'D). Cf. *Comm. praev. num. 2-3*.

Betha Ghreallain.

Vita Greallani.

1. I naimsir Luchdach meic Laegaire meic Neill taimic torann adhbalmór i nellaibh nimhe oculus a fraightibh na firmamenti go celos fo Eirinn uile an torann sin. *Oculus* ro iongantaighsiot fir Erenn an tromghair sin, *oculus* ro fhiarfaighsiot don Táilgionn, do Patraicc mac Calpuirn¹, a fhoichann. *Oculus* atbert Pattraicc friu, gurbo he Greallan ro geinedh² isin aimsir sin³. «*Oculus* ní fhuil acht sé míosa o tarla i mbroinn e gusan uair si <n>»; *oculus* bídh tortach an tuismedh sin: uair bídh cabhair do cheallaibh, 7 bídh edach do nochaibh⁴, 7 bídh biadh do bhocsaibh, 7 bídh comairce⁵ ao chreachaibh, 7 bídh congmaíl ar cathaibh, 7 bídh arguin ar dhiabhaibh, *oculus* bídh siodhucchadh sláagh an tí sin. *Oculus* gach ionadh a ninnésa an taingel bennachadh in naeimh cléiricech do bheith, ní chuideabh⁶ sa ara náomh-ádhbhadh. Uair bídh nertmar, neimhnech coisenus a crioche. » 7 atbert an rand⁷:

1. —¹ (m. C.) mhac Arpluinn D; créit add. D. —² (ro g.) ro genar D. —³ (i. a. s.) a naimsir na gaire sin D. —⁴ (do n.) d'anbannaibh D. —⁵ do cheallaibh *oculus* add. D. —⁶ chuireabh et sup. lin.: no d, quod significat variam esse lectionem: chuideabh B; chuideibh D. Hoc a verbo -chuid videtur esse deductum. —⁷ (7 a. an rand)

(1) Is universam Hiberniam regere coepit duobus fere annis post Patricii obitum. Cf. *Comm. praev. num. 3*; Bury, *The Life of St. Patrick*, p. 72, annot. 1; supra, p. 151, annot. 15. —

1. Regnante Lughaidho filio Laeghairei filii Nialli (1) exortum est aliquando in nubibus caeli et in tholo firmamenti tonitru adeo immane, ut per Hiberniam universam exaudiretur. Quem ingentem fragorem homines Hiberniae admirati rogaverunt Tailgheann (2), Patricium nempe filium Calpurnii¹, id qua causa accidisset². Respondit Patricius, hoc puncto temporis³ nasci Greallanum: «Sex tantum», ait, «menses elapsi sunt, ex quo conceptus est; eritque felix haec nativitas: ille enim erit ecclesiae auxilium, nudis⁴ vestitus, pauperibus cibus⁵, praedarum incolumitas, hostilis aciei defensio, daemonum strages, bellantibus pacis sequester. Equidem, quemcumque locum me monuerit angelus a sancto clerico benedictum iri, in sanctum eius domicilium non invadam (3). Fortiter enim et acriter defendet fines suos.» Cecinitque Patricius hos versus:

1. —¹ Arplunni D. —² (id - accidisset) quae est illius rei causa? D. —³ (h. p. t.) tempore huius fragoris D. —⁴ debilibus D. —⁵ ecclesiarum et add. D.

Patrisius dixit (sic) D.

(2) Patricii cognomen; cf. supra, p. 183, annot. 2. — (3) Intellege se non commissurum ad domicilium a Domino Greallano praedestinatum ipse occupet. Benedici locum ab aliquo sancto, Hiberniae Feirde

Nascente Greallano prodigium

F

et Patricii de eo vaticinium.

A « Feirde Fódla o tuinn go tuinn
cuairt in chléirig hi ccolainn.
A shíol i léunadh ní leicc,
mo ghéunair tír a ttainicc. »

Cuillin mac Cairpre Clúaisdeirce do Laighnibh
a athair, 7 Eithne ainm a mathar.

2. Ro hoileadh an mac sin go honórach aca,
7 ag Cairpri d'airithe¹, ar aithne Patraicc. Ocus
an trath do bí ionaistír, do shír Patraicc < a
leiccean lais, ocus²> an chuid ele dia braitribh
do coimhett fo chomharbas Laighen; 7 tucc a
bhennacht dia chionn, 7 ro léiccedh an macamh
lais ocus ro gluais Patraicc iarsin go hAth Cliath
Duibh Linne 7 an mac³ lais. Ocus is 'na fho-
chair ro chodladh aga⁴ munadh. 7 atbert
Patraicc:

« Uasal m' éadál si
a hiath laoch Laighen,
Sciath nádh scaifidher,
triath nádh ttráothfidher.

Greallan glainbrethach⁵,
an bocc brat úr⁶ sa,
An fionn folt chaomh sa,
mionn na macaomh sa.

Eúsca soimenda,
grian gheal Gaoidealach,
Flaith foll⁷ firinnech,
conn⁸ na nEirnech⁹.

Reulta¹⁰ righ-sholus,
rath nac ruathurach,
Glenn gan gnath fholadh,
benn gan bruach fholach.

Mac righ Laighen,
an mionn¹¹ mor dúasach,
Sliabh nach saimhisil¹²,
an mionn mor uasal. »
Úasal.

« Proderit Hiberniae a mari usque ad mare
iter huius clerici in carne.
Illius progeniem dilabi non sinet.
O felicem, ad quam venit, terram. »

Erat pater eius Caillin filius Cairbrei Cluais-
dearg (*rubrarum aurium*); matris autem no-
men Eithne (1).

2. Educatus est puer honorifice ab iis et prae-
sertim¹ a Cairbreo (2), iussu Patricii. Ut pri-
mum iter agere potuit, poposcit Patricius ut
sibi committeretur, fratres autem eius² domi re-
manerent, Lageniensium finium hereditatem adi-
turi; quibus (fratribus) Greallani gratia bene pre-
catus est Patricius. Igitur commissus est illi
puer, cum quo progressus est ad Áth Cliath Duibh
Linne (3). Huius quamdiu ab eo institutus est³
paracimomenus fuit (4); et Patricius ait:

« Nobilis est thesaurus meus (5)
e partibus Lageniensium heroum,
Scutum quod non findetur,
princeps qui non superabitur.

Greallanus purorum iudiciorum⁴,
molle hoc pallium et recens⁵,
Lenis hic puer pulchris (6) capillis,
diadema iuvenum.

Luna lucida,
sol fulgidus Gadelorum,
Princeps plenus veritatis,
dux Hibernorum.

Stella regii luminis,
castellum inexpugnabile,
Vallis sine perpetua inimicitia,
mons sine abscondito praecipitio.

Filius regis Lageniensium,
diadema magni pretii,
Collis arduus et excelsus,
diadema nobilissimum. »

Nobilis (7).

VITA

Greallant
parentes,

educatio.

De
Greallano
puero
carmen
Patricio
ascriptum.

B

C

2. —¹ (aca 7 ag Cairpri d' airithe) acc Cairbre
D recte, ut videtur. —² (a l. i. ocus) om. B, sup-
plev. ex D. —³ (7 an mac) bis B. —⁴ céad add.
D. —⁵ glain-briathrach D. —⁶ (brat úr) an legen-
